

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ad actiuam vitam pertineat prudentia? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

QVÆST. CLXXXI. ART. II. 577
templationem comprehenduntur sub vita contemplativa. In his autem qui operibus virtutum moralium intendunt, tanquam secundum se bonis, nō autem tanquam disponentibus ad vitam contemplatiām, virtutes morales pertinent ad vitam actiūam: quamvis etiam dicit possit quod vita actiūa dispositio sit ad vitam contemplatiām.

ARTIC. II.

Vtrum prudentia pertineat ad vitam actiūam?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod prudentia non pertineat ad vitam actiūam. Sicut enim vita contemplativa pertinet ad vim cognitivam, ita actiua ad vim appetitivam, Prudentia autem non pertinet ad vim appetitivam, sed magis ad cognitivam. Ergo prudentia non pertinet ad vitam actiūam.

P 2 Præterea, Gregor. dicit super Ezechielem, quod actiua vita dum occupatur in opere, minus visus ad alium. Vnde significatur per Liam, quæ lippos oculos habebat. Prudentia autem requirit oculos claros, ut sibi iudicet homo de agendis. Ergo videtur quod prudentia non pertineat ad vitam actiūam.

P 3 Præterea, Prudentia media est inter virtutes morales & intellectuales. Sed sicut virtutes morales pertinent ad vitam actiūam, ut dictum est*, ita intellectuales ad contemplatiām. Ergo videtur quod prudentia non pertineat neq; ad vitam actiūam, neq; ad contemplatiām, sed ad medium viuendi genus:

quod Augustinus ponit 19. de Civit. Dei †.
SED contra est, quod Philosophus in 10. Ethic. * prudentiam pertinere dicit ad felicitatem actiūam, ad quam pertinent virtutes morales.

RE S P O N D E O dicendum, quod sicut supra dictum est*, id quod ordinatur ad aliud, sicut ad finē, recipiē in moralibus, trahitur ad speciē eius ad quod ordinatur: sicut ille qui mechanatur ut furetur, magis dicetur sur quam mechanus, secundum Philosophum in

Sec. Sec. Vol. iii.

O Q §. Ethic.

857

Supra q.
180 c. 2.
10. Et pre-
sense q.
ar. 1. cor.
Et opusc.
17 c. 7.
ad 7.
bom. 24.
d med.

li. 19 c. 2

¶ 19. 50.

5.

* li. 10. c.

8. 10. 5.

ar. præc.

ad 3. co.

1. 2. q. 18.

ar. 6.

578 5. Ethicor. * Manifestum est autem quod cognitio
pauli à prudentia ordinatur ad operationes virtutum mora-
prin. to. 5 lium, sicut ad finem: est enim recta ratio agibilium,
li. 6. c. 4. sicut dicitur in 6. Ethic. † Vnde & fines virtutum mo-
tom. 5. ralium sunt principia prudentiae: sicut in eodem li-
ar. præc. bro Philosophus dicit. Sicut ergo dicitur eth. quod
virtutes morales in eo qui ordinat eas ad quietem
contemplationis, pertinent ad vitam contemplativam:
ita cognitio prudentiae, quæ de se ordinatur ad opera-
tiones virtutum moralium, directè pertinet ad vitam
actiuam: si tamen prudentia propriè sumatur, secun-
dum quod Philosophus de ea loquitur. Si autem sum-
tur communius, prout scilicet comprehendit qualen-
cumque humanam cognitionem, sic prudentia quo-
rum ad aliquam sui partem pertinet ad vitam contem-
platiuam: secundum quod Tullius dicit in 1. de Officiis,
quod qui acutissime & celerrime potest & videt
verum, & explicare rationem, is prudentissimus & sa-
cientissimus ritè haberi solet.

li. 1. c. de
4. virtut
3. bus un
de oīa
manant.
1. 2. q. 1.
2. 3. v. 9.
18. ar. 6.

Ad primum ergo dicendum, quod operationes
morales specificantur ex fine, ut supra habuit eth. Et idèò ad vitam contemplatiuam illa cognitio per-
tinet, quæ finem habet in ipsa cognitione ven-
tis. Cognitio autem prudentiae, quæ magis habet
nem in actu appetitivæ virtutis, pertinet ad vita-
actiuam.

Ad secundum dicendum, quod occupatio no-
riorum rerum facit hominem minus videre in rebus
intelligibilibus, quæ sunt separatae à sensibilius, in
quisib[us] operationes actiue viæ confituntur. Sed tamen
occupatio exterior actiue viæ facit hominem magis
clarè videre in iudicio agibilium: quod pertinet ad
prudentiam, tum propter experientiam, tum proper-
mentis attentionem: quia ubi intenderis, ibi inge-
nium valet, ut Sallustius dicit*.

Ad tertium dicendum, quod prudentia dicitur el-
se media inter virtutes intellectuales & morales, quan-
tum ad hoc, quod in subiecto conuenit cum virtuti

In coniu-
ratione
Catilinae,
in c. cuius
titulus ē,
Casaris
oratio.

bus intellectualibus: in materia autem totaliter conuenit cum moralibus. Illud autem tertium vivendi genus medium est inter actiua vitam, & contemplatiua, quantum ad ea circa quæ occupatur: quia quandoque occupatur in contemplatione veritatis, quandoque autem occupatur circa exteriora.

ARTIC. III.

Vtrum docere sit actus vita actiua, an contem-

platiua?

858

AD tertium sic proceditur. Videlur, quod doce- 3. d. 35.
re non sit actus vita actiua, sed contemplatiua. q. 1. ar 3.
Dicit enim Gregorius super Ezechielem*, quod viri 9. 1 ad 3.
perfecti bona cælestia, que saltē per speculum con- Es uer q.
templari potuerunt, fratribus denuntiant, eorumque 11. ar 4.
animos in amorem intimæ claritatis accendent. Sed * hom. 5.
hoc pertinet ad doctrinam. Ergo docere est actus vi- inter me
tz contemplatiua. diu & si.

¶ 2 Præterea, Ad idem genus vita videtur reduci-
tus & habitus. Sed docere est actus sapientiae. Dicit
enim Philosoph. in principio Metaphysic. * quod si-
gnum scientis est posse docere. Cum ergo sapientia,
vel scientia pertineat ad vitam contemplatiua, vi-
deatur quod eriam doctrina ad vitam contemplatiua
pertineat.

¶ 3 Præterea, Sicut contemplatio est actus vita
contemplatiua, ita & oratio. Sed oratio qua quis orat
pro alio, nihilominus pertinet ad vitam contemplati-
uam. Ergo quod aliquis veritatem meditaram in alte-
nus notitiam per doctrinam deducat, videtur ad vi-
tam contemplatiua pertinere.

SED contra est, quod Gregor. dicit super Ezech. * Hom. 14.
Actiua vita est, panem esurienti tribuere, verbo fa- in Eze.
pientiae nescientem docere.

R E S P O N D E O dicendum, quod actus doctri- te med.
nae habet duplex obiectum. Fit enim doctrina per lo-
cationem. Locutio autem est signum audibile interiorio-
rum conceptrum. Est ergo unum obiectum doctrinæ, id
quod est materia sive obiectum interioris concep-
tionis.

O O 2 p. 58.